

I. N. 3.
 DISSERTATIO PHILOLOGICA;
 ΜΕΤΑΘΕΣΙΝ
 τὸν
 ΣΑΛΕΥΟΜΕΝΩΝ,

Hebr. Cap. XII: v. 27.

Expendens,

QUAM,

*Suffragante Amplissimo Philosophorum Ordine
in Regia Academia Aboensi,*

Sub CLYPEO,

CIRI AMPLISSIMI atq; CELEBERRIMI,

D^N. CAROLI ABRAH.
CLEWBERG,

L. L. O. O. & Græc. PROFESS. Reg. & Ord.

PRO GRADU

Publicæ Eruditorum censuræ subjicit

MARTINUS FRID. BOTHNERUS

V. D. M.

Die XV. Maii. Anni MDCCCLIV.

Loco horisque ante meridiem solitis:

ABQÆ, Impresit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCKELL.

J. C. Cand. Chytriaus

SACRÆ REGIÆ MAJ:TIS
MAXIMÆ FIDEI VIRO
REVERENDISSIMO PRÆSULI ac D: NO
**DN. JOHANNI
BROWALLIO,**

S. S. Theologiæ DOCTORI
Consummatissimo,
Inclitæ Diœceseos Aboënsis EPISCOPO
Eminentissimo,
Regiæ ibidem Academiæ PRO-CANCELLARIO
Magnificentissimo,
Venerandi Consistorii Ecclesiastici PRÆSIDI
Gravissimo,
Scholarum per Diœcesin EPHORO
Incomparabili,
Regiæ Scientiarum Academiæ Svecanæ MEMBRO
Dignissimo,

MÆCENATI SUMMO

IGnoscas, obsecro, Reverendissime Præsul, nimia audacia, quod TANTO NOMINI specimen hoc incomita Minerva elaboratum, consecrare sustinuerim. Nec plane abfuit, quin a proposito deterrerer, siquidem tacita

tacita mecum pervolvens mente, longe graviores curas,
que TE continue distingunt, aditum eisdem nonnisi præ-
cludere mibique ad ostia obicem ponere, deprehenderem.
Ceterum erexit me singularis illa fiducia, qua compertum
habeo, deprædicatum TUUM Favorem in probos littera-
rum cultores, ad lares TUOS ingenii fætus deferentes,
non gravate radiare. Si itaque opellæ huic, omni or-
natu, præter materia nobilitatem, destitutæ, elegantiam
ab Eminentissimo NOMINE TUO fænerari liceat, ni-
hil certe erit, quod voto meo superaddi hac in re possit:
sed venerationis meæ ignis, intra latebras pectoris, qui
bactenus mansit, & manebit perpetuo, in apertam flam-
mam prorumpet. Patiaris igitur REVERENDISSIME
PRÆSUL, ut hacc prærogativa utar; permittas, ut o-
pusculum hoc, ceu indicium venerationis debitæ indubi-
um, TIBI insinuem, TIBI, de Quo hodiernus orbis e-
ruditus sibi in sinu gratulatur, & Cujus memoriam se-
ra posteritas æternum venerabitur; TIBI, Qui delicium
indigenarum & desiderium exterorum existis; TIBI de-
nique, Quem SUMMUS rerum ARBITER Ecclesiæ &
juventutis nostræ custodem, ac moderatorem ab omni ma-
lo sospitem & incolumem servet, & diem procul abesse
jubeat, quo dulce decus suum desideratura erit Ecclesia,
Res Litteraria ac Familia TUA Nobilissima. Sic ex
intimo pii atque devoti cordis recessu optat, & ad
urnam usque optabit

REVERENDISSIMI NOMINIS TUI

cultor & cliens devotissimus,
MART. FRID. BOTHNERUS.

Maxime Reverendo ac Celeberrimo

DN. SAMUEL I PRYSS,

S. S. Theologiae DOCTORI & PROFESSORI Reg. &
Ordin. ANTISTITI Ecclesiae Pamorense longe meritissi-
mo, Senatus Ecclesiastici & Academici ADSESSORI
Gravissimo,

PATRONO & PROMOTORI MAXIMO,
PROPENSISSIMO.

Favor TUUS, VIR celeberrime, plane singularis,
quo nullo non tempore me a primis inde annis A-
cademicis dignatus es, etiam nunc certissimam pro-
mittit veniam, dum opellam hanc rudi licet Minerva con-
scriptam TIBI sacram fecere audeo. TU sane, PATRO-
NE PROPENSISSIME, majora mibi præstitisti beneficia,
quam quibus prædicandis lingua mea, valde hastans
unquam sufficere queat. TU necessitati meæ, qua
semper admodum pressus fui, benignissime succurristi.
TU consiliis TUIS saluberrimis mibi omni adfueristi
tempore, TU mibi alter quasi Parens extitisti. TI-

BI sane plura quam unquam Patri filius me debere
prositeor. TE igitur, quoad vixero, filiali prosequor
reverentia. Quum autem beneficia TUA remunerari me-
ae vires longius supereret: liceat saltē, humillimus obtestor,
bisce pagellis reverentiae gratijs; animi qualecunq; docu-
mentum exhibere. De cetero, quod uti decet alio modo re-
ferre non datur, id me votorum pietate quantum potero
supplere nunquam intermissurum, perswasum habeas. Vo-
torum hoc caput erit. Dignetur DEUS O. M. TIBI inte-
gram firmamque valetudinem & laetos rerum TUA-
RUM successus in longam annorum seriem largiri.
Sero illucescat ille dies, quo tanto fulcro orbetur Eccles-
ia & Respublica litteraria. Sero adsit illa lux, qua
Familia nobilissima solatium jucundissimum, amici deli-
cium suavissimum, clientes denique Patronum Optimum
lugeant!

MAXIME REVERENDI NOMINIS TUI

Humillimus cultor,
MART. FRID. BOTHNERUS.

*Admodum Reverendo atque Preclarissimo VIRO,
Dn. CAROLO MELARTOPOEO,
Ecclesiarum, quæ Deo in Uskela colliguntur, PASTORI
vigilantissimo, districtusque adjacentis PRÆPOSITO
longe meritissimo.*

*VIRO Plurimum Reverendo atque Clarissimo,
Dn. Mag. ANDREÆ LIZELIO,
PASTORI in Pœytis & Ylæne vigilantissimo.*

*VIRO Plurimum Reverendo & Clarissimo,
Dn. Mag. ADAMO GERH. SACKLINIO,
Ecclesiæ Wirmoënsis parœciaæ Vice Pastor & Sacellano
Laudatissimo.*

PATRONIS & FAUTORIBUS OPTIMIS.

*IN documentum grati animi pro beneficiis quibuscum-
que sibi præstis offert, dat & dedicat*

*Admodum & Plurimum Reverendorum NOMINUM
VESTRORUM*

*obseruantissimus cultor
MART. FRID. BOTHNERUS.*

Handelsmannen och Bryggaren i Stockholm
Adel och Högachtad/
HERR

LORENTZ BONG, Min Högtårade Käre Morbroder.

En vynest och ömhet, Min K. Morbro-
der mig ifrån barndomen artedt/ har
långt för detta uti mit sinne upväckt en ödmjuk
erfånsla. Mig har tilsfrenre förnemligast felat
lägenhet/ at bethga den samma. Nu deremot gif-
tves dertil ett godt tilfälle: men tryta dock tien-
liga ord/ hvarmed jag min wördnad må å daga
lägga. Jag lefver icke des mindre i det säkra
hopp/ at Min K. Morbroder med wanlig god-
het optager min wålmening/ låtandes detta mit
andra Academiska arbete/ som nu i ödmjukhet
öfverleminas/ få tiena til prof af min tacksam-
het emot alla mig beteda wälgiärningar/ hvil-
kas åtancka ingen tid förmår at utplåna. Al-
magten bekröne Min k. Morbroder och samtel-
des k. och wärda omvärdenad med alstöns nåd
och wälsgnelse. Önskar trolingen

Min Högtårade Käre Morbroders

ödmjuk tienare
MART. FRIED. BOTHNERUS.

Crono-Länsmannen
Åhreborne och Wålachlad
HERR

CHRISTER SEVON, Min Högtårade Käre Svärfaðer.

SEt är Eder ei obekant / Min Högtårade Käre
Svärfaðer / huru de Studerandes vanliga svä-
righeter ifrån yngre åren åfwjen varit mitt goda
upsåt i vägen. Mina Kåra Föräldrars åhoga och öm-
sinta försorg för min wälfärd / hindrades ei mindre ige-
nom deras medellösä tilstånd. De skildes och snart wid
denna jordiska torftigheten; ty Himmelens åmnade dem
varactigare rikedomar. Min affätnad årsattes icke
långt derefter / i thy Eder Faderliga ömhett halp mig i
det stånd / hwartil Försynen mig behagat sticka. I lä-
ren då ei undra / om jag wid detta tilfället söker förklara
min wördund och tacksamhet emot al den öna omwär-
nad I för min wälfärd haft ospard / ifrån den tid jag
med Edart wärda hus blef närmare förbunden. Tillå-
ten / at jag / i brist af annat / uppostrar Eder det-
ta arbetet / som ett ringa wedermåle af min wördsam-
ma erkänslö ; jämte innerlig önskan / Den Högste
wärdes Kröna Eder ålderdom med all rit wälsignelse
och sällhet !

Min Högtårade Käre Svärfaðers

Lydigste Son
MART. FRIED. BOTHNERUS.

Fågnads betygelser

Hfwer

Årenordige och Höglärde Herr Candidatens
närvärande lärda arbete.

När west och Dygd i en person sig få tillsam-
man para/
Nhem är som då ei såga wet/ at han må
lycklig vara:
Han det som mången önskar sig/i siefwa wercket ha'r/
Och äger ståt/den lyckans hoot doch måste lämna qvar.

*** *** ***

Van icke blått sig egit väl befordrar med all styrka/
Samhällets välstånd han också/ kan vist med kraft på-
yrcka:

I synnerhet vid alla mål/ Guds åra utan flård
Vesträumar han/ och är altså almånligt läford vård.

*** *** ***

När som jag detta fånekte på/ en röst då hördes fråga:
Kan man väl efterdöme ha'/som här til prof mānd'dåga?
Jag svarte: Ja/ wi hafwa det i den som gifvit
fram/
Nu andra gången redan här sit wittra lärdoms fram.
Churu

Ettu ödet mycket knapt mot honom stådse warit /
Hat han dock efter wet och dygd med alla krafter farit ;
Hans slut och dersör utan lön nu mera aldrig är /
Men wet och dygdeus mögaa frucht han hvarje
dag opstår.

*** *** ***

För all ER möda nu / Min wän / ER Himlen gode
tilldele !
ER aldrig trefnad eller lott af sålla nögen fele !
ER lefnads slut han pryde med en ewigtwarand-
frögd ,
Då jorden blir med samwets frid förbytt i himmels
högd !

CHRIST. JOH. CAVANDER.

§. I.



§. I.

 Eteris Oeconomiae Novæque, frequenter in epistola ad Ebræos, collationem institui, res est notissima. Id nimirum scopus exigebat auctoris, ut Ebræos, Christianam religionem amplexos, ad constantiam hortaretur; caveretque, ne in Judaismum relaberentur. Quo magis e re esse videbatur, ostendere, cessasse jam Veterem Oeconomiam, cum universo umbrarum choragio, &c., corpore ipso exhibito, locum dedisse Novæ, hujusque præ illa *προσεγγία*, ut & fidelium, sub hac, præ illis, qui sub ea vivebant, prærogativas extollere, pœnas vero gravissimas ob oculos ponere, eos mansuras, qui gratiæ divinæ resistunt. Huc fere etiam ea redeunt, quæ cap. hujus epistole XII, leguntur, ubi montem Sinai cum monte Sione, terram cum cœlo, Hierosolymam visibilem cum *προσεγγίᾳ* confert Apostolus: tum etiam concuscionem primam montis Sinai, in promulgatione legis, cum altera illa cœli & terræ, de qua ita vaticinatus

A

fuerat

fuerat Haggæus Cap. II: v. 7, & 22. עַד אֲחֵת מִעֵד הַיּוֹא וְאֵנִי מְרוּעָשׁ אֶת חַשְׁטִים
hoc est, interprete Apostolo, dicti capitis vertu 26.
Ἐτι ἀπεξ εἰώ σέως καὶ μόνον τὴν γῆν ἀλλὰ καὶ τὸν οἰκουμένον. Qui-
bus subnectuntur sequentia; τὸ δὲ ἐτι ἀπεξ, ἀλλοὶ τῶν
οὐλευσμένων τὴν μετάθεσιν, ὡς παπούμενων, ἵνα μετηγίσῃ μὴ οὐλευ-
σμένα. Et hæc quidem ea sunt verba, de quorum
vero sensu eruendo, nos in præsenti, Favente Deo,
erimus solliciti. Quod si de conatibus hisce nostris Be-
nevolum & Candidus Lector candida ferre judicia di-
gnatus fuerit, erit id, de quo nobis in sinu gratula-
bimur.

§. II.

Quo felicius succedat institutum, in significatio-
nes vocum, e quibus constat locus allatus,
omnium primo nobis inquirendum. Non minimi
certe est momenti verbum οὐλευσθαι, in cuius ta-
men emphasi eruenda erimus breviores.

Recte namque monent eruditæ, proprie adhiberi
de navibus, quæ dum in anchoris stant, modo sursum,
modo deorsum jactantur. Σαλένω, inquit Phavorinus κυ-
ρίως ἐπὶ νεώς λέγεται, ὅταν ἐπὶ ἀγκύρας ισταται ὑπὸ τῶν κυμάτων
παρθενεῖται σύλλογος γὰς ή παραχή τῆς Θαλάσσης (a). Inde
ad quemvis motum & agitationem transferri, ob-
servant, e. c. reipublicæ, animi &c. Sed & majo-
rem vox illa habet emphasis, dum denotare solet
talem agitationem, qualis in terræ motu, aut in ve-
hementissimo tonitru obtinet, & qualem efficere sve-
verunt machinæ validissimæ, ita ut objecta hac ra-
tione, commoveantur, disjicientur, aut in gravissi-
mum

mum adducantur interitus discrimin. Sic e. g. ἀν-
ταράς σπλένειν τὰ τείχη, machinis quatere muros, a-
pad Diod. Siculum. Maxime autem huc pertinet,
quod hac voce LXX. Senes de vehementiori com-
motione terræ & fundamentorum ejus utantur. Ita
hoc ipso exprimunt Heb. ψυχὴ Psalm. XVIII: 8. nec
non חַפְתָּה הַהֲנָה Job. IX: 6. verbum טוֹב Psalm. XCVI: 10.
verbum בְּעֵד רַע ibid. v. 11. it. Hebr. צָה Psalm. XLVI: 7. Eandem autem & hoc loco emphasis obtainere,
manifestum est ex eo, quod Apostolus de vehemen-
ti illa cœli, terræ, maris & gentium commotione,
ex mente Prophetæ agens, verbum σπλένειν & στίχω
promiscue ulurpet. Quemadmodum etiam Inter-
pretes Alexandrini unum horum verborum per al-
terum interpretari solent. Sic, τὰ ὄρη ἐστιθμούν καὶ οἱ
βαθεῖαι ἐσπλένειθησαν (b) Similiter, οἱ στίχων τὸν ὑπ' ἔργον ὅπε
δημελίων, οἱ δὲ σύλοι αὐτῆς σπλένουσας (c). A σπλένεθαι τὰ
σπλενόσενα derivari in propositulo est. Hac igitur voce
significantur ea, quæ concuti & vehementer com-
moveri apta sunt, & quæ jam talem motum subierunt.

(a) Lex. Gr. p. m. 1632. (b) Nab. I: 5. (c) Job.
IX: 6.

§. III.

Quod si quæratur, quænam Apostolo, hoc loco,
mobilia & concussa vocentur: primum erit re-
spondere, ea sic adpellari, quæ Deus per Proph-
etam te commotorum promiserat. νῦν δὲ ἐπίγγελται,
ait Apostolus, εἰγὼ στίχως μόνον τὸν γῆν αἴτια καὶ τὸν ἔργον.
Igitur τὰ σπλενόσενα Pauli esse בְּעֵד תְּהִלָּה
אֶחָד תְּהִלָּה cœlum & terram, e verbis Prophetæ
A 2 colli.

colligimus. Quæ voces in codice Hebræo; quid propriæ significant, non est, ut anxie disquiramus. *Figurate cælum in cod. H,* inter alia, res cœlestes, rerumque spiritualium statum notat (*a*). Hinc in specie regnum Dei spirituale, Ecclesiæ militantis collectio & gubernatio, regnum cœlorum audit (*b*). *Terram contra, statum rerum vel personarum in his terris,* denotare observamus. Phrasis integra, *cælum & terram concutere*, idem valet, ac maximam inducere mutationem in ecclesia rebusque spiritualibus, ut & in rebus naturalibus & republica. conf. El. XIII: 3. Pl. LX: 4. Similes phrases sunt, *plantare & fundare terram*, nec non, *creare cælum novum & terram*. El. LI: 16. cap. LXV: 17. 2 Pet. III: 13. &c. Impropiæ in primis, hoc loco, sumendam esse cœli terraque compositionem, cum evincit contextus Prophetæ, hujusque vaticinii implementum, tum ipse docet Apostolus. Haggæus, afflante Deo, Zorobabeli & Jehozadaco animos addirurus, ut strenue templum ædificant, inter alia argumenta, & hoc ipsum adfert, quod templum destinaretur a Deo ad præstantius quidpiam & glorioius, quam Salomonicum, unde tanto magis ipsis cordi esse debere structuram, concludit. Ita vero hæc effert; תְהִלָּה וְעֹר i. e. adhuc una vice, quod ab interprete nostro minus commode redditum, sic vertendum esse monemus; voce תְהִלָּה subintellecta, ut Ex. XXX: 10. 2. Reg. VI: 10. Psal. LXII: 12. qua phrasi in S. Cod. indicari solet, id, quod futurum prædictitur, nullam passurum mutationem. Sic, v. c Psal. LXXXIX: 36. תְהִלָּה temel juravi in sanctitate mea. Cf. Job, XXXIII: 14. it. Prov. XXVIII: 18. Voce יְהִלָּה ad

ad priorem commotionem, Sinaiticam nimirum, decente nos Paulo, digitum intendit Propheta. מִתְחַדֵּשׁ הָרָא idque brevi, Ex. XVII: 4. Et XX: 25. Ipatio nimirum 500. circiter annorum, a structo hoc templo ad N. T. initium, quod exiguum dicitur temporis intervallum, *comparate*, habito respectu temporis elapsedi, vel inde a promulgatione legis Sinaitica, vel inde ab edito protovangelio, a quo tempore expestatus fuerat Messias. וְאַנְיָם רֹעֵישׁ אֶת הַשְׁמָן וְאַתְּ הַאֲרָם i. e. ego potenter commovebo cœlum & terram, quibus subjunguntur sequentia הַרְכָּם וְאַתְּ הַיּוֹם וְאַתְּ הַחֲרוֹב i. e. & mare & aridam, & tantam mutationem inter gentes & Judæos inducam, ut novum cœlum, & nova terra producatur, conf. Et. LXV: 17. LXVI: 22. Tempus autem hujus commotionis sic statim determinatur: nimirum, accedent tunc omnes populi ad Desiderium gentium, h. e. ad Messiam, & replebit Dominus domum gloria. De tali igitur commotione agit oraculum, quæ a prima illa Sinaitica distincta, quæ tempore adventus Messiae fieri debebat, quæ semel tantummodo, quæ non particularis, sed universalis futura, non certam terræ particulam ut olim, sed gentes, mare & aridam, immo ipsum etiam cœlum est commotura. Sed cum terræ cœlique concussio *pro*prie sic dicta tempore adventus Messiae, nec postea unquam extiterit, in quam notæ istæ, modo minoratæ omnes, quadrare possint; relinquitur, ut figuræ eadem, hoc loco, intelligi debeat. Non aliarn autem illustriorum illa evenisse notum est, quæ circa adventum Christi & sequentibus proxime temporibus, accidit; quamquam nos jam exponere adgredimur.

Movit

"Movit enim Deus, ait Augustinus, cœlum an-
 "gelorum & siderum testimonio, quando incarnatus
 "est Christus. Movit terram ingenti miraculo, de i-
 "plo virginis partu. Movit mare & aridam, quum
 "& in insulis & in orbe toto Christus adnuntiatur.
 "Ita moveri omnes gentes videmus ad fidem (c).
 Addimus & hoc, quod tempore morientis Salvato-
 ris, vehementer commota sit terra (d). Concussa
 valide, immo everla, non multo post, tota Sudæo-
 rum respublica. Inprimis autem concussum est cœ-
 lum, quod præcipue respicit Apostolus. Commovit
 nimurum Deus statum rerum cœlestium, hoc est,
 in regno cœlorum, abolendo cum cultu Levitico
 universo, veterem Legis, novamque Evangelii in-
 troducingo, œconomiam. Quo vero jure, pristi-
 næ formæ ecclesiæ cum toto ceremoniarum adpa-
 ratu, titulum τὸν συλευουέντα tribuat Apostolus, sic
 adparebit; Lex ceremonialis ad tempus tantum in-
 troducedta, ut ex Hebr. IX: 10., aliisque S. locis ap-
 paret. Cultus Leviticus & fœdus Sinaiticum, ab-
 rogari ac vetera cæredebebat Hebr. VIII: 7, 8. Quod
 vero Deus solos Abrahami ex Jacobo posteros e
 gentibus omnibus in populum peculii sibi segregä-
 verat, ad tempus quoque durare debebat. Abra-
 hamo indicaverat Deus, fore, ut omnes gentes in
 ejus semine sibi benedicerent. Gen. XXII: 18. I-
 dem quoque nec Noachum latuit Gen. IX: 27.
 quod & clarius docuit Moses, diserte monens, ali-
 quando gentes, dudum præteritas, non tantum u-
 na cum populo Judaico, verum & ejus loco, in po-
 pulum

pulum peculii esse a Deo admittendas. Deut. XXXII: 21. & 43. coll. Rom. X: 19. & XV: 1c. hoc ipsum etiam sequentes Prophetæ confirmarunt, conf. Hos. II: 23. coll. Rom. IX: 25. Hinc igitur evidenter patet, hæc vere moveri & concuti potuisse ac debuisse. Quod vero eadem, re ipsa, jam essent commota vehementer, eorumque imminaret abolitionis; etiam probatu facile. Advenerat Messias & legem impleverat, idemque fideles ab ejus jugo liberaverat, regnumque Christi inter gentes erat erectum. Quin & terra Judæorum gravissimis bellis jactata, sceptrum quasfatum sapientius, & omnia eo redacta, ut brevi penitus idem remotum aut eversum iri rempublicam, certo augurari liceret.

Tandem quid mobilium nomine veniat, etiam ipsa vocis μεταθέσεως indoles ac usus indicat. *Transpositionem* proprie hac voce denotari, res est notissima, & ejusmodi mutationem, qua res loco suo moveritur, plane aboletur, aut alia in ejus locum substituitur. In specie autem de sacrorum, legis & reipublicæ mutatione, etiam usurpari, e profanis Græciæ scriptoribus, non minus ac sacris constat. Hoc quidem in primis ad scopum Pauli quadrat. Per eam enim μετάθεσην, sacrorum Leviticorum & legis ceremonialis inducebatur immutatio, cum ea quoque reipublicæ Judaicæ mutatio erat conjuncta.

(a) *Ez. LI: 16.* (b) *Matth. XIII: 11, 24, 31, 33. &c.*
(c) *De civ. D. I. 18. c. 35.* (d) *Matth. XXII: 51.*

§. IV.

Mobilium nomine Oeconomiam Legis venire,
eius-

ejusque abrogationem per μετάγεσον τῶν συλευομένων in-
 digitari, thesi superiori satis evictum arbitramur.
 Inde, quid sint τὰ μὴ συλεύουσα, ex opposito facile
 colligitur. His certe intelligi debet ille status, qui
 per μετάγεσον τῶν συλευομένων introductus fuit, & prior-
 rem proxime exceptit, id est, N. Fœderis Oecono-
 mia, una cum regno spirituali, inter gentes ere-
 sto. Id postulat a Paulo citatum Prophetæ vati-
 cinium, ubi de tali commotione sermo est, quæ
 circa N. Fœderis initium extitura erat, & per quam
 felicior introducenda præstantiorque forma melioris
 œconomiae, ubi venturum כָּל הַמְרֹה בְּכָל Desi-
 derium omnium gentium, i. e: Messias, & tem-
 plum secundum implendum summa illa gloria, quæ
 ab ejus adventu dependebat. Eodem tendit Aposto-
 li tota argumentandi ratio, qui supra, in hoc capite, a
 v. 18. ad 26. œconomiae prioris temporis & fœderis
 Sinaitici opposuit Evangelii Oeconomiam seu sta-
 tum Ecclesiæ N. T. Quam oppositionem & com-
 parationem, per totam fere hanc epistolam insti-
 tui, §. I. observavimus. Hinc etiam, quæ ante
 τὰ μὴ συλεύουσα vocaverat Apostolus, ipse v. 28.
 nomine οἰκοδεσπότης αὐτέντως, clarius exponit, dicit-
 que fideles N. T. in his terris existentes, ejus par-
 ticipes factos. Nec est, quod objicias, regnum heic
 intelligi Glorie, post hanc vitam concedendum, quod
 ꝑtē conlocuti fuisse dicantur Ebræi. In promtu est
 responsio. Agitur hoc loco non de re futura, sed
 de præsenti, quod & vox παρεχλαυβάνοντες latit evin-
 cit. Præterea si non alia, sed ꝑtē tantum, regnum
 illud

illud acceperint: tunc nulla hac in parte, iis præfidelibus V. T. suislet ὑπερχρή, quam tamen ostendere conatur Apostolus. Immotum igitur & inconcussum manet, τὰ ἡ πλευόντα & θαυμάτων δοκίμεια, heic immobilem notare statum Oeconomiae Ecclesiæ N. Testamenti, regisque spiritualis inter gentes. Quod si dubites, utrum horum omnium a deo firma constansque sit manlura ratio: memineris velim, nec Legem, nec cultum universum, nec bona huic Oeconomiae propria, mutationi esse obnoxia (*a*); memineris eum esse Regem, cui Pater regnum æternum & sine fine tradidit Luc. I: 32, 33. coll. Ies. IX: 7. cujusque solum est in seculum & perpetuitatem. Porro, cives eidem regi subiectos semper fore eosdem, eo respectu, quod ab integro populo N. Fœderis hoc regnum nunquam, ut olim Judæis contigit, auferetur, & ad alium populum migrabit, Dan. II: 44. Nec est, quod regeras, ἀνθρώπος ea propter dici non posse, quia in futuro seculo mutationem subire videatur, ubi Christus regnum Patri tradet I. Cor. XV: 24. Est enim traditio illa ὁ κονομένης, que terminabit modum regni gratiæ, non substantiam regni, & triumphatoria, hostium subactorum, ad eum modum, quo Titus Patri Vespasiano tradidit captivos Judæos, & representativa, civium liberatorum (*b*). Sufficit, regnum illud in his terris non concuti ac mutari, succedente alio. Sic enim nec in futura vita id ulla ratione abrogatum.

dixeris; cum status Ecclesiæ N. T. in his terris, a statu ejusdem in cœlis non plane sit diversus, sed potius ille in hoc *āmūn* suam sit consecuturus.

(a) Cfr. 1. Cor. XIII: 13. 1. Pet. I: 25. Job. IV: 23. 24. Matth. VI: 19, 20. Eph. I: 3. (b) Dannbav. Hodosopb. Phæn. VIII.

§. V.

Sed eorum, in quibus illustrandis nostra qualis-
cunque jam occupata fuit opera, nexus cum se-
quentibus, non levem heic objicit difficultatem. Quæ-
ritur nimis, quomodo τὰ συλευόμενα dici queant
πεποιηέντα, ἵνα οὖτις τὰ μὴ συλευόμενα? i. e. quo pacto
mobilia V. T. dicantur medium vel causa, cur maneant
immobilia N. Fœderis, id non facile expli-
cari posse videtur. Critico hunc nodum gladio se-
care potius, quam solvere conati sunt nonnulli. Sic
Camerarius legi vult ως πεποιηέντα, referendo ad με-
τάθεσιν, hoc sensu; concussionem τῶν συλευούμενων jam
factam esse, ut maneant deinceps τὰ μὴ συλευόμενα.
Sed præterquam quod μετάθεσις, nondum dici pos-
set facta, stante adhuc templo & republica Judæo-
rum; refragantibus codicibus omnibus, salva Co-
dicis S. integritate, nec temere quidquam in textu
mutari deberet. Idem etiam valet de Bosi tentamine,
qui ingeniose satis pro πεποιηέντα. Scribendum cenlet,
πεποιηέντα. Hæc vox ad præcedentem optime qua-
drat;

drat; nam de navium armamentis usurpatur, ita quassatis, ut reparazione opus habeant. Verum dolendum, pulcherrimam conjecturam, auctoritate codicium plane destitui.

Per ellipsin alii tensum expedire conantur. Sic Launoy & Doutreinius, post πεποιημένων repeti jubent ἀπὸ κοινῆς vocem αὐλεσομένων. Sed neque sic nexui & cohærentiæ succurri potest. Quomodo enim ex eo, quod V. T. facta sint mobilia, sequatur, immobilia Novi mansura, equidem non video. Quod si cum Schmidio post πεποιημένων subaudias ὅπ' αἴσῃς; eadem ni fallor, manebit difficultas. Alii ex significatione participii πεποιημένων aliquid subsidii quærunt. Sic Beza παιδίᾳ exponit manibus factum esse. Creyghthonus Anglus mutari reddit. Peiricus παιδίᾳ idem esse vult, ac destinari. Sed eodem omnes hæ sententiæ laborant incommodo, quod adhuc ratio consequentiæ maneat obscura.

§. VI.

PLaniorem igitur viam acceptam referimus Paolo Bauldry, cui primum in mentem venisse videtur, vocem οἰνην non per manere, ut fieri vulgo solet, sed potius per expectare, prestolari, reddendam esse.

Ego vero, ait, jam dudum soleo legere nō dicitur

„εἰ ἀπαξ κ. τ. λ. ὡς πεποιηθέντων, ἡτα μείν κ. τ. λ. Οὐ μή
 „hi prodeat hic sensus. Porro illud, abduc semel, decla-
 „rat instabilium rerum amotionem, tanquam factarum, ut
 „exspectent stabiles: hoc est, eos cœlos eamque ter-
 „ram, qui post mundi finem non erunt amplius in-
 „stabiles, ut nunc sunt, sed contra stabiles in æter-
 „num & nunquam perituri; adeo ut cœlum & terra,
 „quæ nunc obtinent, omnino nihil aliud sint, quam
 „quod gallice dicimus, des pierres d' attente (a).
 Negari certe non potest, rectissime Bauldryum cal-
 culos posuisse, quantum ad significationem & con-
 structionem verbi οἴειν. Hoc enim, sensu exspectan-
 di, usurpari scriptoribus græcis & modo laudatus au-
 tor, aliquie probarunt, & nos quoque paucis ex-
 emplis adstruere conabimur. Sic Homerus μῆναι ι-
 πτερούμενον, Il. a 535. exspectare advenientem. Il. o.
 599. τὸ γέ μεν ωκεῖον Ζεικ hoc enim exspectabat pro-
 vidus Jupiter. Il. o 480, ο δὲ μὴ μέν χειρὶς Βαρυφέσ
 is autem eum exspectabat manu gravatus. Μῆναι πέ-
 us καίνον ἀνώγει & eum exspectare jubes. o. o. 345.
 Hesiodus Egy. 674.

Μηδὲ μένειν οἶνόν τε νέον καὶ ὁπαρεῖνος ὄφελον,

Neque vero exspectato, vinumque novum, & au-
tumnalem imbre.

Sic & ibid. v. 652, ωκεῖοις χειμῶναι, exspectantes tem-
 pestatem. Euripid Phœn. v. 1631 καὶ παρθενεύς, τὴν εἰσῆσσαι
 νέσσαι μέρον i.e. virgineo maneto habitu, exspectans ve-
 nientem diem. Plura his similia adferre supervacaneum.
 Uni-

Unicum e N. T. producere non abs re fortasse erit, quod Celeberrimo Wolfio, memoriae laplu, ut mihi per valerim, exciderit, adlerere, hunc verbi *μέντην* usum e Sacris Scriptoribus exsulare (b). Locus illustris, *huc spectans*, legitur Act. XX: 5. οἱ προλόγοις ἡμενῶν νῦν εἰ τρωάδες. Ubi, cum sensus *exspectandi* sit evidens, contentiente Er. Schmidio aliisque, immo & ipso Wolfio; quin & hoc nostro loco obtineat, nulli dubitamus. Esto, quod Paulus, ut objicit Wolfius, in hac epistola, (c) verbum hoc adhibeat, ubi de persistentia rei, quæ alii pereundi opponitur, sermo est. Hoc enim non impedit, quo minus idem verbum, diversis locis, diversa gaudeat significatione, aliisque rebus opponatur, ut heic factum esse ad oculum patet.

(a) Biblioth. Nova I. W. p. 383. (b) Cur. Phil. ad Hebr. C. XII: v. 27. (c) C. VII: 3, 24. X: 34. XIII: 14.

§. VII.

Quemadmodum autem viri §. VI. laudati sententiam, de sensu verbi *μέντην*, firmo niti talo, & libenter nos agnoscimus, & ab aliorum exceptionibus vindicatam dedimus; ita & in eo cum viro Clarissimo facere non possumus, quod per *τὰ οὐδενίστα* intelligat *cœlos* & *terram*, qui post mundi finem, erunt non amplius stabiles. Hanc enim sententiam, suos licet.

cet habeat ea fautores non paucos, supra §. IV. refutavimus. Præterea etiam cum illa verbi uerba significatione, quam amplectitur Bauldry conciliari nequaquam potest. Qua quælo ratione Veteris T. Oeconomia dicenda, exspectasse illum statum cœlorum, posse consummationem seculi? Inter mobilia namque & immobilia in eo sensu Novi Fœderis Oeconomia intererit universa, cujus septendecim & quod excurrit jam præterfluxere secula, cum tamen mobilia exspectare debuissent immobilia, i. e. persistere, donec adesset status ille cœlestis, a quo illa tot seculis sejuncta novimus. Tandem & ostendit totum hoc caput, immo tota hujus epistolæ series, de immobiliis futuri seculi non esse sermonem: confr. §. I. & IV. Omnia nos convincunt de eo, quod Paulus his verbis innuere voluerit, mobilia Veteris Testamenti facta esse, ut Novi Fœderis Oeconomiam exspectent. Quis enim non ultro fateri cogitur, Legem Mosaicam, utpote οὐαὶ ἔχοντι τὸν υεἱλόντα, Colos. II: 17. Hebr. X: 1. corpore in Christo existente & exhibito, loco moveri debuisse? Quis non simul facile perspicit, eo usque duraturam Legis Oeconomiam, donec adveniret Christus? Hæc autem revera sic evenisse novimus. Oeconomiam Legis immediate Evangelii Oeconomia excepit. Exspectavit igitur illa hujus adventum, hac adveniente, illa concussa fuit locoque suo mota. Hanc doctrinam, ut saepè Paulus in eadem hac epistola clarissime inculcat: ita & a nobis

••• •••

nobis impetrare non possumus, ut credamus, a-
liam ab ea, quam hisce pagellis propugnare cona-
ti sumus, Apostolo fuisse mentem. Conf. Hebr. c.
VII: 11...19. c. VII. 7, 13. c. IX: 10. X: 9.

SOLI DEO GLORIA.



CLARISSIME AUCTOR,

Est Theologia Revelata mirabilium animi voluptatum para-
disus, tutissimum in adversis palladium, fons universæ
in his terris beatitudinis, atque aurora quedam future in celo
felicitatis prenuntia. Tot ornamenti, tanta utilitate cum hec
scientiarum Regina sece commendet, merito mireris, cur multi divi-
num hoc nectar cœlestemque ambrosiam fastidiant. paucique en-
theam ejus virtutem experiri cupiant? Nec qui sancto huic stu-
dio se devovent, operam omnes contingunt metam. Multi enim,
ut ingenium perpoliant, ut illud cœlesti sapientia intelligenda idone-
um reddant, inanibus speculationibus animum oppalent pascuntque,
quarum in alma nostra scientia usi est nullus. Qui bis metiora sa-
piunt, curas suas Theologicas genuinae Philosophiae otio dispungunt,
atq; inter alias disciplinas sanctis præcipue linguis partem atatus con-
secrant; probe gnari, se tanto solidiores in Theologia profectus fa-
buros, quanto in illis profecerint magis. Hæc, nisi fallor, causa fuit,
cur tu, Clarissime Domine Candidate, alterum specimen Academicum
editurus, in studio Philologico argumentum elegisti, de quo, an plus
babeat difficultatis, an dignitatis, ambigi potest. Multa mibi de
euo in me amore, multa de meo in te affectu essent dicenda. Qua-
tamen premere jubet tua modestia et tenera mea etas. Tantum ita-
que tibi gratulor eximios in optimo studiorum genere profectus &
jucundam virtutis possessionem. Eruditionem tuam Musa ornabunt
taurea, fama laudibus, Providentia præmiis. Sic tandem per aspera
ad astra eniceris; sic adversa, quacum hactenus collectatus es, for-
tuna, explicatio rugis, lata tibi facie propediens erit arrisura.

Vale & Fave

Tuo

FRIDERICO PRYSS.